



**Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

1 Ex ista causa multis licet arma movere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

ciuum est, Episcopum, faderotem, vel clericum se profiteri, & contraria huic ordini operari.

**I. ¶ Diaboli** In codice Vaticano, ubi hoc sermo habetur, sequuntur hec, quia non solum mendax est, sed etiam & pater, & inventor ipsius mendacii est. Omnis enim simulatio, & omnis duplicitas mendacium est. Ergo non solum, &c.

**C. XXI.** ¶ Quoties sermo malus de ore nostro procedat.

Item Hieronymus in c. 4. opif. ad Ephesios.

**Q**uotiesvero loquimur, aut non in tempore, aut importuno loco, aut non convenientiudicibus, ut toties sermo malus procedit de ore nostro ad defractio nem eorum qui audiunt. Consideremus itaque quid loquamur: quia pro omni otioso verbo redditum sumus ratione in die iudicii.

¶ pars. *Instrumentum vero clericis laico prestare non debet.*

**C. XXII.** ¶ Cuiquam laico clericis nihil jurare presumat.

Unde in Rhenensi concilio legitur.

**N**ihilus a ex ecclesiastico ordine cuiquam laico quidquam super faciem sancta Evangelia jurare presumatur: sed similes cum veritate & puritate dicatur, est, est, non non. Sed si est aliquid, quod sibi obiciatur t, prout iudicaverint, qui ejusdem ordinis sunt, aut corrigatur, aut expurgetur.

**I. ¶ Obiciatur** Apud Burhardum & Iovinem sequitur, ad Episcopum, in cuius territorio est, deferatur; & iuxta id, quod illi, qui ejusdem sunt ordinis, iudicaverint, aut corrigatur, aut expurgetur.

Episcopo similes clericis juramentum prestare non debet, nisi forte n, cui tecum procuratum committit.

**C. XXIII.** ¶ Deedem.

Unde Urbanus II. ait.

**N**ihilus b Episcopos clericos suos, nisi forte quibus Ecclesiasticorum rerum dispensatio commissa fuerit, sibi jurare compellat.

**¶** In aliquo veritate exemplaribus finis hujus cause est in verbis expurgetur, absunt autem hac verba, & sequenti capitulo, nullus. In uno autem non modo ista habentur, sed etiam caput primum de iuramento calumnis, & constituto nova Henrico.

### CAUSA XXII.



Vidam Episcopi cum plebe sibi commissa in heresim lapsi sunt, circumadiacentes catholicos minus & circu-  
lariis ad hereticos compellere coeperunt: quo com-  
perto, Apostolicus catholicis Episcopis circumadi-  
centium regnum, qui ab Imperatore christum iurum  
ditionem acceperant, imperavit, ut catholici ab hereticis de-  
fenderent, & quibus modis possent, eos ad fidem veritatem redire com-  
pellerent. Episcopi haec mandata Apostolis c. recipientes, con-  
vocatis milibus, aperte, & per infidias contra hereticos pugnare co-  
perunt. Tandem nonnulli erroris neci tradidit, alii, rebus suis eccl-  
esiasticis, expolitatis, alii carcere, & ergastulo reclusi, ad unitatem  
catholicam fides consti redierunt.

1. His primam querunt, armilare peccatum sit.
2. Secundo, quod bellum sit iustum, & quomodo a filiis Israel iusta  
bello gerebantur.
3. Tertio an injuria sociorum armi sit propulsanda.
4. Quartu, an vindicta sit inferenda.
5. Quintu, an sit peccatum iudicis, vel ministri reos occidere.
6. Sexto, an mali sint cogendi ad bonum.
7. Septimo, an hereticis suis & ecclesiis rebus sint expoliandi, & qui  
possident ab hereticis ablatis, an dicatur possidere aliena.
8. Octavo, an Episcopis, vel quibuslibet clericis suis licet auditorum,  
vel Apostoliet, vel d. Imperatoris precepto armamovere.

a. Burch. l. 2. c. 168. Ivo p. 6. c. 227. Pomi. l. 5. c. 11. b. Ext. de ju-  
rejur. c. nullus. c. ad. Apostolica. d. al. sine Imperatori.

### QUESTIO I.

**Q**uod militare alienum videtur ab Evangelica disciplina, hinc videtur posse probari, quia omnis milita vel ob in-  
juriam propulsandam, vel propter vindictam inferendam  
est instituta: impia autem vel a proprio persona, vel a fisco  
pellitur, quod utrumque Evangelica lege prohibetur. Comon  
dicitur: a [Si quis te percussiret in unam maxillam, praeceps  
et alteram.] Et rerum: [Qui angariaverit et mille passus, rade cum  
eo duo milia.] Item cum Apostolus dicat: b [Non vos defen-  
deretis, charismati, sed date locum iuste:] quid aliud prohibeatur,  
quam proprii persona injuriam repellere? Item, cum Petrus  
gladio magistrum defendente, Christus dixerit: c [Converte gla-  
dium tuum in vaginam] an putet quia non possunt regare patrem vo-  
rum, & exhibebit mihi plus quam duodecim legiones Anglorum? denique sicut de B. Andrea legitur d, cum peret concussum popu-  
lorum, ut de manibus iniqui judicis eum eriperet, & ab ora  
mortis illos defendenter, ipse exanta & exemplo & verbo pati-  
tiam docens, rogabat esse suum martyrum impedire: quia  
liud monemor, quem fuit proprius, ita & sociorum injuria pati  
tolerare, nec ad arma concurvere, sed eorum exemplo ad finis  
ferenda animorum preparare? Item, cum in proverbio i. datur:  
e [Misit vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus] item,  
cum in Evangelio dicitur f [Nolite judicare, & non iudicatu-  
m. n.] Item, g cum paternitatem dicas servis voluntibus collige-  
zania: [Sinite utraque creveri usque ad meliora; & non dicam  
messiribus, colligite zama, & alligate in fasciis ad comburen-  
dum.] Item cum Rex ille, qui nuptias fecerit fili suo, miseri  
exercitibus suis, angelorum videlicet, dicitur perditus homicida  
Prophetarum & Apostolorum, qui vocati ad nuptias a vere contem-  
perunt credendo: item cum Paulus Apostolus dicit insipiebat ad  
Romans: h [Nolite judicare invicem.] Item: [Tu qui ei, qui  
judicat alienum servum? Suo Domino fiat, aut ead. Ering  
virum, sive morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mu-  
tuitur est, & resurrexit, ut & virorum, & mortuorum dominus.] In hi omnibus quid aliud precipit, quam ut vindicta delinq-  
tium dirimi refutetur examini? Cum ergo, ut supradictum, militia videatur instituta vel ob injuriam propulsandam, vel ad in-  
flictionem inferendum, utrumque autem lege Evangelica prohibetur,  
apparet quod militare peccatum sit.

**I. ¶** In proverbis Sententia, illa solet quidem privata  
loco usurpare: sed non habetur in libro Proverbiorum. Afferre  
B. Paulo ad Rom. cap. 12. (coniuncte cum alia sententia ex c. 13. Pro-  
verb. & ad Hebreos 10. Dent. 32.) In Cantu, si scriptum est, Mes-  
est ultio, & ego retribuam.

**C. I.** ¶ Bella carnalia bellorum spiritualium  
figuram gerunt.

Hinc etiam Gregorius ait i.

**N**isi bella, ista carnalia figuram bellorum spiritualium  
gerent, nunquam, ut opinor, Indicatur hil-  
iarum libri discipulis Christi, qui venit pacem docere,  
legendi in ecclesiis fuisse ab Apostolis traditi. Quod  
enim eis bellorum proficeret ista descriptio, quibus di-  
citur ab Iesu: [Facem k meam do vobis, pacem meam  
& dicitur: [Non vos metipistis, vindicantes, sed magis  
injuriam accipite, & magis fraudem patimini?] Vale  
denique sciens Apostolus nulla nobis iam ultra bella  
esse carnaliter peragenda, sed anima certamina contra  
spirituales adversarios desudanda, velut magister mil-  
itum, praecepit dat milibus Christi, dicens: [Induc  
te vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus au-  
tias diaboli.]

a. Matth. 5. b. Roman. 12. c. Matth. 26. d. In margini  
ipsius. e. Deuteronom. 32. Roman. 12. f. Matth. 7. g. Matth. 10.  
h. Roman. 12. i. Origenes homilia 13. super Ioseph. k. Ies. 14.  
l. Corinth. 6.

Huius respondet. Praecepta patientie non tam ostentatione  
eipso, quam preparatione cordis sunt retinenda.

C. II. q. Praecepta patientie, virtute animi, non  
ostentatione corporis servanda sunt.  
Unde Augustinus ait in sermone de pueris  
Centurionis.

Pratus a debet esse homo justus & pius patienter  
eorum malitiam suffinere, quos fieri bonos querit, ut  
numerous potius crescat bonorum, non ut pari malitia se  
quaque numero addat malorum. Denique ista praece-  
pta magis ad præparationem cordis, quam intus est, pertine-  
re, quam ad opus quod in aperto fit ut tenetur in ser-  
vicio animi patientia cum benevolentia, in manefacto autem  
id est, quod eis videtur prodeesse posse, quibus bene ve-  
le debemus. ¶ b Hinc liquidò ostenditur, quod ipse  
Dominus Iesus, exemplum singulare patientie, cum per-  
cuteretur in faciem, respondit: Si e male dixi, expro-  
bra de malo: si autem bene, quid me cedis? Nequa-  
quam igitur præceptum suum, si verba inueamur, imple-  
vit. Neque enim præbuit percipienti alteram partem, ut  
sed potius prohibuit, ne qui fecerat injuriam, augerer. Et  
tamen paratus venerat non solum percuti in faciem, ve-  
nientem pro his quoque, a quibus haec patiebatur, cruci-  
cium occidi, pro quisbus in cruce pendens, [Pater d  
ipsorum illis, quia nesciunt quid faciunt.] ¶ Nec Paulus  
Apostolus præceptum Domini & magistris sui videbat  
impeditum, ubi etiam ipse percutius in faciem, dixit principi  
sacerdotum: [Percutiet te Deus parties dealbatae: fe-  
dibus judicare me secundum legem, & contra legem jubes  
me percuti.] Et cum à circumstantibus diceretur: [In-  
juriatum facis principi sacerdotum?] Iridens f eos ad-  
movere voluit, quid dixerit: ut qui sapient, intellige-  
rent iam destruendum esse adventu Christi paritem de-  
albatum, hoc est, hypocrisy sacerdotiū Iudaorum. Ait  
igitur, ¶ [Nescivi fratres, quia princeps est. Scriptum  
est eum: Principi populi tui non maledices.] cum  
procedebat, qui in codem populo creverat, atque h  
lege fuerat eruditus, illum principem sacerdotum ne-  
ficium posset, nec eos, quibus ita nota erat,ullo modo  
fallere, quod necire. Sunt ergo ista præcepta patientie  
semper in cordis præparatione retinenda: ipsaque  
benevolentia, ne redditur malum pro malo, semper in  
voluntate complenda est. ¶ Agenda sunt autem mul-  
titudinem cum invito benigna quadam alperitate plef-  
fendis, quorum pars utilitati confundendum est, quam vo-  
luntatis & infi. Nam in corripiendo filio, quamlibet  
asperè, nonquam profectò amor paternus amittitur. Fit  
tamen quod nolit & doleat, quia etiam invititus videtur  
dolore fanindus. ¶ Ac per hoc si terrena ista respubli-  
ca præcepta Christiana custodiatur, & ipsa bella sine bene-  
volentia non gerentur, ut i ad pietatis, justitiaeque pacati-  
onem facientis facilitus consulatur. Nam cui li-  
centis iniuriantur eripitur, utiliter vincitur: quoniam nii  
hil est infornicatio scilicet peccantum, quā penalis nu-  
tinim impunita, & mala voluntas, velut hostis interior  
robatur, & paulo post. ¶ Nam & si Christiana discipli-  
na omnia bella culparit, hoc potius militibus, confilium  
sabti perentibus, in Evangelio diceretur, ut abicerent ar-  
ma, seque militis omnino subtraherent. Dicitur est au-  
tem. [Neminem i concuerit: nulli i calumiam  
fecerit: sufficiant vobis stipendiis vestris.] Quibus pro-  
prium stipendum sufficere debere præcepit, militare uti-  
que non prohibuit.

g Sic etiam citat Anselmus. Poly. non afferit auctorem. Ha-

betur autem in epist. s. Aug. ad Marcellinum.  
i ¶ Nulli] Repositus est integer locus Evangelii, ut efi in  
ipsa epistola, & lib. 22, contra Faustum, c. 74. Antea erat, con-  
tentus estote stipendiis vestris.

C. III. q. In bellicis armis milites Deo pla-  
cere possint.

Item ejusdem ad Bonifacium, epist. 207.

Noli a exsuffrare neminem Deo placere posse, qui  
in armis bellicis militat. In his erat sanctus David,  
cui Dominus tam magnum peribuit testimonium. In  
his etiam plurimi illius temporis justi. In his erat & ille  
Centurio, qui Domino dixit: b [Non sum dignus, ut  
intres sub testum meum.] & infra. ¶ Hoc ergo primum  
cogita, quando armaris ad pugnam, quia virtus tua etiam  
ipsa corporalis donum Dei est. Sic enim cogitabis i de-  
dono Dei non facere contra Deum. Fides enim quan-  
do promittitur, etiam hosti servanda est, contra quem  
bellum geritur: quanto magis amico, pro quo pugnatur?  
Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas, ut li-  
beret Deus a necessitate, & conservet in pace. Non eni-  
m pax queritur, ut bellum excitetur: sed bellum geri-  
tur, ut pax acquiratur. Esto ergo etiam bellando pacificus,  
ut eos, quos expugnas, ad pacis utilitatem & vincendo  
perducas. [Beatus enim pacifici (ait Dominus) quia filii  
Dei vocabuntur.] Si autem pax humana tam dulcis est  
pro temporali salute mortalium, quanto est dulcior pax  
divina pro aeterna salute Angelorum: Itaque hostem  
pugnantem necessitas perimat, non voluntas. Sicut re-  
bellanti & resistenti violentia redditur, ita victo vel ca-  
pto misericordia iani debetur, maximè in quo pacis per-  
turbo non timetur.

i ¶ Sic enim cogitabis] Antea legebatur, sic enim co-  
gitabis de dono Dei, non facies contra Dominum. Emer-  
datum est & hoc & multa alia ex originali.

C. IV. q. Quo sunt in bello iure reprehendenda.  
Item ejusdem contra Manicheos, [id est, libro 22, con-  
tra Faustum, cap. 74. & 75.]

Quid culpatur in bello? An quia moriuntur quando-  
que moriuntur, ut dominentur d in pace victori? Hoc  
reprehendere timidorum est, non religiosorum.  
Nocendi cupiditas, nesciendi crudelitas, impacatus at-  
que implacabilis animus, ferias rebellandi, libido domi-  
nandi, & si qua similia, hac sunt, quae in bellis iure cul-  
pantur. Qua plerunque ut etiam iure puniantur, ad-  
versus violentiam resistentium (sive Deo, five aliquo le-  
gitimo imperio jubente) gerenda ipsa bella suscipiuntur  
a bonis: cum in eo humanarum rerum ordine inveni-  
untur, ubi eos vel subdere tale aliquid, vel in talibus obe-  
dite justis ordo ipse constringit. Vnde i neque Ioan-  
nes & ab armis jube discedere milites: & Christus f tributa  
Calari monet reddi, quia propter bella necessariò  
militi stipendum præberet. Ordo tamen ille naturalis  
mortaliū paci accommodatus hoc poscit, ut suscipien-  
ti belli auctoritas atque confilium apud principes sit. &  
infra. ¶ Sed si humana cupiditate bellum geritur, non  
acet sanctis, in g quos non habet quisquam potestatem,  
nisi desuper datam. Non h enim est potestas, nisi a  
Deo, five jubente, five finente. Ergo vir justus, si forte  
sub Rege, homine etiam sacilego, militet, recte potest  
illo jubente bellare, si vice a pacis ordinem servans,  
quod & sibi jubetur, vel non esse contra Dei præceptum,  
certum est, vel utrum sit, certum non est; ita ut fortasse  
reum faciat Regem iniquitas imperandi, innocentem au-  
tem militem ostendat ordo serviendi.

i ¶ Vnde neque] Hinc usque ad vers. ordo. Granamus  
summatum restitut sententiam B. Augustini, qua ab eo separ-

a Poly. 1.7. art. 7. Anselm. l. 13. c. 4. b Non erat hic facien-  
dus initio novi paragraphi, coherent enim hic cum antecedenti-  
bus, c. han. d. Luc. 23. e Ad. 23. f al. inciden-  
ter. g al. iridens. h Exod. 22. i al. ibi. k al. sed ut.  
k. Pann. l. 14. q. g. Luc. 3.